ſubſtituta Est ſanctas viduas ſancte in

uendis ſecuta Quaſi In ii n Hec eſt iudith vidua mi

tyre holofernis in certando ſtrenua regina ſuperius

Euouae R̄ Miniſtris eccleſie ſedule ſeruiunt

egenos cotidie pauit et veſtiuit Euouae R̄

Plane pro bat meritum huius matris pie nam

ut oldan ſpiritū geſſit prophetie Euouae l' q̄ta

Mane in villa que vocatur gothſane tale in

dit ſompnium preſagium futurorum. Videba

tur ei qd eccl'ia illius loci ſimul cū illa exiſtente

in ea ad Skodwe transuolaret. Cuius sompnium di-
uina reuelatione hanc dixit esse interpretatione[m]
q[uo]d gathene moritura: sed Skodwe foret sepelienda
sicut rei postmodu[m] probauit euentus. Ceteru[m] aut[em]
cum porticus illa que est inter turrim et ecclesia[m] in
Skodwe fabricaretur quibusda[m] sciscitantib[us] ad quem
interstitium illud fieret. Ita respondit. Dabit u[er]o
deus aliquem sanctu[m]: cuius corpus et reliquie poterunt
hic decenter collocari. Q[uo]d de se tanq[uam] de alio dixisse
[com]penditur: quia in eodem loco post passione[m] in se-
eius venerabile corpus sicu[t] est. Ex quib[us] manifeste
dinoscitur: eam cu[m] debbora et olda eciam [pro]phetie
spiritu claruisse.

25

allatum Skodnie super magnam petram in cimite-
rio lotum fuisset eadem petra in duas partes
scissa est. Et illa pars super quam sanguis stilla-
uerat de uulneribus fluens erigebatur: alia ue-
ro super quam non stillauerat sanguis in terra iace-
bat. Quod diuinitus ad honorem martiris factum
fuisse perpenditur. ne ultra humanis pedibus
calcaretur. In hoc diuina potentia insinuare
uoluit: quam magna fuit fides mulieris huius
in uita sua. Quod siquidem maximum fides mereretur
fieri ut dominus testatur dicens. Si habueritis fidem
ut granum sinapis. dixeritis monti huic transi
hinc et transit. Idem lapis ita erectus stetit ibi
multis annis et plura ibidem fiebant miracula
dum locus ille in reuerentia habebatur. Quidam
etiam a natiuitate mutus cum ad sepulchrum mar-
tiris in oratione et lacrimis aliquamdiu perseuerauis-
set. datum est ei diuinitus expedite loquendi offi-
cium: et uetus silentium absoluit nouum uerbum
Preterea quidam surdus tante surditatis susti-
nebat incommoda: quod nichil auditu perciperet nisi
quis super auribus eius inclamaret. Inuocata igitur
ab eo martire clamosis uocibus aures prebuit
et auditum surdis auribus restaurauit. Ceterum quidam

quidam leprosus ad sepulchrum martiris allatus
tum lacrimis diutinis perseuerasset: meritis eius inte
gre mundatus est. Quidam etiam claudus inuoca
ta ope martiris extensis neruis erectis tybiis confor
tatisque pedibus hylaris et gaudens ad propria repeda
uit. Ad diuine etiam laudis accidit preconium quod
quidam latronum ecclesie beate helene dum ab hostibus
extractis gladiis occideretur inermis et innocens. ipse
tamen ope martiris uulnerari non potuit. sed solis ues
tibus lesis quedam uestigia ictuum uix tamen sibi occurrere
in cute apparuerunt ac si illorum cuspidum acies penitus
essent retruse. Cumque idem hostes uiderent se nichil
cedendo proficere: diuertentes ab eo quendam aliu
um eisdem gladiis occiderunt. Reuertentes igitur ad
predictum latronem tali cecitate percussi sunt. quod ipsum
licet in eadem domo esset uidere non potuerunt.
In quo antiquum miraculum prophete heliseo quon
dam in syriis factum. diuinitus renouatum est. Deo igitur
quis sanctum suum signis tam euidentibus uirificare
dignatus est: procurante felicis recordationis
domino stephano archiepiscopo upsalensi. dominus alexan
der tercius ipsum sanctorum cathalogo censuit asscri
bendum. Omnia autem miracula que usque in presente